

für den Verstorbenen im Refectorium, nachdem dem Prior sein Teller vorgesetzt worden, aufgetragen wurden und nach dem Mahle von dem Pförtner an Arme vertheilt (vgl. „Studien“ XVI. 249; lib. us. c. 76. p. 170, 233. c. 120. p. 285).

Auf dem Generalcapitel zu Citeaux am Tage nach Kreuzerhöhung (l. us. c. 232) wurde vom Vorsitzenden gleich in der ersten Sitzung (1243. 2) aller im Jahre vorher entschlafenen Glieder des Ordens mit den Worten gedacht: „Animae fratrum et familiarium hoc anno defunctorum requiescant in pace.“ Alle Anwesenden standen dabei voll Andacht (cum devotione) und respondierten mit Amen und „De profundis.“ Auf den Knien, selbst an Sonntagen, beteten sie das hl. „Vaterunser“, der Vorsitzende: „Ne inducas in tentationem“, dann „A porta inferi“ und nach dem „Dominus vobiscum“ betete er die Collecte: „Deus veniae largitor“ und zum Schluss: „Requiescant in pace“ mit dem Amen aller. In derselben Weise geschah auf Erinnern des Cantors die Absolution der Verstorbenen in jeder Abtei des Ordens anfangs am 18. dann nach Bestimmung des zweiten Statutes vom J. 1236 am 17. September (lib. us. 98. 232). Daran schloss sich ein Tricenarium. An allen Tagen ward während seiner Dauer im Convente sowohl in den Messen, wie zu den Todtenämtern die Collecta Tricenarii „Deus veniae“ gebetet. Nach der Absolution zeigte der Vorsitzende an, was noch weiter für die Verstorbenen geschehen müsse. In jedem Kloster musste darnach jeder Bruder, welcher Priester war, im Laufe des Jahres zwanzig Messen für sie lesen, die übrigen 10 Psalter oder 1500 Miserere mei Deus oder ebenso viele Vaterunser beten. Am ersten Tage, an welchem der Abt nach der Heimkehr vom Generalcapitel zu Citeaux, in seinem Kloster, das Capitel abhielt, wurden die Entschlafenen absolviert, wobei alle Anwesenden selbst an Sonn- und Festtagen niederknieten.

An allen Tagen, mit Ausnahme von Weihnacht, Charfreitag, Ostersonntag, Ostern und Pfingsten, ward eine Todtenmesse für alle Verstorbenen des Ordens in jedem Kloster gelesen. Requiescant in pace!

## Commentarium in Psalmum „Dixit Dominus“

auctore Fr. Salesio Tiefenthal, O. S. B.

Quum S. P. N. Benedictus cap. 8<sup>o</sup> s. Regulae intelligentiam psalterii a discipulis suis poscat, non abs re erit, unum alterumve psalmum coram eis, qui Studiorum O. S. B. et O. C. partem habent, interdum commentari. Et primum quidem speciminis

argumentum esto psalmus „Dixit Dominus“, qui est 110<sup>us</sup> in bibliis hebraicis, 109<sup>us</sup> in Vulgata.

Quem psalmum commentaturi, duas faciemus partes, in quarum prima locos discrepantes inter se in textu hebraico et in latino Vulgatae, in secunda explicationem contextus exhibebimus.

I.

Dicere possumus, esse quinque locos discrepantes in hoc psalmo:

1. נָאֵם ה' v. 1. non est: Dixit Dominus, sed: Dictum Domini (Jehovae).

2. לְיָמֵינִי v. 1. non est: a dextris meis sed: ad dexteram meam. — Idem occurrit v. 5.

3. Versus tertius secundum punctationem masorethicam sic verti debet: Populus tuus (עַמֶּךָ populus tuus, עַמֶּךָ vel עַמְּךָ tecum) voluntarietates (spontaneitates, oblationes voluntariae<sup>1)</sup> in die exercitus tui in vestibus sanctitatis: ex utero diluculi tibi ros iuventutis tuae.

הֵייל quidem etiam est virtus, sed iam Num. 31, 14 sensu exercitus obvenit, quem sensum etiam habet II Paralip. 26, 13 secundo (in Vulg. omissum) et Dan. 3, 20. Hic autem de bello sermo est, ut patet e versibus 1, 2, 5, 6. Propterea הֵייל hic in contextu etiam expeditio bellica verti potest.

הַדְּרִי-קֹדֶשׁ sunt vestes sacrae, sicut II Paralip. 20, 21 cantores e genere Levitarum בְּהַדְּרֵת קֹדֶשׁ in ornatu sancto ante exercitum incedunt. Item ps. 29 (28), 2 filii Dei invitantur ad laudandum Deum בְּהַדְּרֵת קֹדֶשׁ in ornatu sancto, et 96 (95), 7 familiae populorum. Hic de sacerdotibus Novi Testamenti sermo est.

מִשְׁחָר aurora, diluculum, tantum hic occurrit, et non est compositum, sed unum verbum, et se habet ad שָׁחַר, sicut מִחֲשָׁה ad הֲשִׁיבָה, מִקְצָה ad עָצָה,<sup>2)</sup> et significat, ut ita

<sup>1)</sup> LXX legentes נִדְרָה verterunt ἀρχή, ex quo fluxit principium Vulgatae.

<sup>2)</sup> In Danielis c. 1. v. 2. et 15. מִקְצַת forma irregularis est et significat: a fine, in v. 18. autem Mem ad substantivum pertinet.

dicam, cumulum vel fascem aurorae circumscriptum. Ante luciferum Vulgatae et  $\rho\rho\delta\ \epsilon\omega\varsigma\phi\acute{o}\rho\omicron\upsilon\varsigma$  LXX versio est formae  $\text{מִשְׁחָר}$ . Item genui te et  $\epsilon\gamma\epsilon\nu\eta\sigma\acute{\alpha}\ \sigma\epsilon$  LXX versio est formae  $\text{יְלֻדְתִּיךָ}$  Ps. 2, 7., quod quidem defective etiam sine Jod post Tav scribi posset, sicut  $\text{יְלֻדְתָּךְ}$ . Sed cur Vulgata non vertit  $\text{מִלְךָ}$ , quod etiam in Hexaplis Origenis invenitur?

Consulatur opusculum: Textus originalis Psalmi 109, 3<sup>b</sup>, auctore Weikert, ubi tamen pag. 5.  $\text{מִשְׁחָר}$  falso ab aurora versum est.

4.  $\text{מָלֵא גִוִּיּוֹת}$  v. 6. non est: implebit ruinas, sed: plenum fuit cadaverum, cum  $\text{מָלֵא}$  sit impersonale,  $\text{גִּוִּיּוֹת}$  autem accusativus respectus.

5.  $\text{רֹאשׁ עַל-אֶרֶץ רַבָּה}$  certe non est: capita in terra multorum vel  $\kappa\epsilon\phi\alpha\lambda\acute{\alpha}\varsigma\ \epsilon\pi\iota\ \gamma\eta\varsigma\ \pi\omicron\lambda\lambda\omega\tilde{\nu}$ , sed videtur esse: caput super terram Rabbah, id est, Ammonitarum, sic nominatam ab urbe  $\text{רַבָּה}$  vel  $\text{בְּנֵי עַמּוֹן}$  Deut. 3, 11. Jos. 13, 25.

Sic propositis locis discrepantibus, pergamus ad explicationem.

## II.

Hac in parte: 1<sup>o</sup> discutiemus quaestiones generales circa hunc psalmum; 2<sup>o</sup> exhibebimus eiusdem schemā latine; 3<sup>o</sup> dabimus explicationem continuam contextus.

1<sup>o</sup> Quaestiones generales circa hunc psalmum.

Auctorem psalmi huius esse Davidem, testatur: 1<sup>o</sup> inscriptio eiusdem in bibliis tum hebraicis, tum graecis, tum latinis. — 2<sup>o</sup> Ipse D. N. Jesus Christus Matth. 22, 43—45. Marc. 12, 36—37. Luc. 20, 42—44.,<sup>1)</sup> interrogans inimicos suos, quomodo Messias et Dominus et Filius esse posset Davidis, ad quod nemo respondere potuit. — 3<sup>o</sup> S. Petrus Act. 2, 34.

David autem hoc celeberrimum carmen cecinit non ut propheta „de corde proprio“ (Ez. 13, 2. 17), sed ut verus propheta (Act. 2, 30) „ἐν πνεύματι“ (Matth. 22, 43), „ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ“ (Marc. 12, 36), teste Jesu Christo ipso, celebrans gloriam Filii et Domini sui, id est, Messiae. Tantam laudem sicut hic psalmus nullus alius meruit ex omnibus qui sunt ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν (Luc. 50, 42).

<sup>1)</sup> Videsis opus nostrum: Das hl. Evang. nach Markus (Münster in Westf. 1894) pag. 373—376.



III.

V. 5. Dominus (Adonai) ad dexteram tuam  
Confregit (confringet) in die irae suae reges  
Iudicabit in nationibus  
Plenum erat (erit) cadaverum :

Conquassavit (— bit) caput super terram Rabbah,  
Quod tamen<sup>1)</sup> de torrente in via bibet  
Et<sup>2)</sup> propterea exaltabit caput.

Discrepantiae inter textum Vulgatae et graecum LXX nullius momenti sunt.

Hunc psalmum s. Augustinus vocat „brevem numero verborum, magnum pondere sententiarum.“ Migne S. l. 37, 1445. — Sequitur

3<sup>o</sup> explicatio continua contextus.

Constat psalmus, uti schemate expressimus, tribus strophis septenarum linearum, quae sensu in quaternas et ternas dividuntur, quo innuitur, bellum illud sacrum, de quo in psalmo agitur, esse opus trium personarum divinarum ad exequendum foedus Dei cum hominibus.<sup>3)</sup> Prima stropha agit de causis, secunda de exercitu, tertia de victoriis sacri belli.

Prima stropha. Duplex est causa sacri belli, finalis, subiectio scil. inimicorum Christi, et initialis, initium praedicationis evangelii Christi. De prima agit Tetrastichon, de secunda Tristichon primae strophae. Illud continetur in 1., hoc in 2. versu Vulgatae.

V. 1. Primo ergo ponitur decretum Patris coelestis subiiciendi Filio suo omnes inimicos eius. Solemnissimum est hoc decretum et propterea solemnissima introducitur formula: יְהוָה אֱמֵן,

quae omnino eadem tantum adhuc obvenit in Abdiae v. 4 et v. 8 in ore Abdiae, in I Sam. 2, 30 in ore Samuelis et Isai. 1, 24 in ore prophetae. Minus solemne est אֱמֵן solum in initio ora-

tionis in ore Balaam Num. 24, 3. 15., Davidis II Sam. 23, 9., Agur. Prov. 30, 1., scelesti Ps. 36 (35), 2. Hic autem de Patre coelesti agi et de Filio eius, patet e colloquio Jesu Christi cum adversariis suis in supracitatis locis evangeliorum synopticorum et ex absurditate יְהוָה et אֱמֵן ad alias personas referendi.

Non autem de Filio Dei simpliciter hic sermo est, sed de Filio Dei incarnato, uti etiam patet e colloquio Christi cum adversariis

<sup>1)</sup> Intelligentiae causa interpositum.

<sup>2)</sup> Intelligentiae causa additum.

<sup>3)</sup> Qui negare vellet sensum symbolicum numerorum tum apud Israëlitis tum apud alios populos antiquitatis, omnino se expertem notitiae spiritus populorum antiquorum monstraret. De cetero praeclare de hac re scripsit Bähr in opere cui titulus est: Symbolik des Mosaischen Cultus.

suis, ubi  $\text{דָּוִד}$  et Dominus et Filius Davidis dicitur: Filius autem Dei uti coaeternus Patri est Dominus Davidis, uti genitus autem e stirpe Davidis est eius filius. Pronomen possessivum autem in  $\text{דָּוִדִּי}$  et veritatem et amorem exprimit. Vocabulum ergo Adon hic de Christo usurpatum et eius divinitatem, et eius humanitatem, et unicum Filium Dei et Mariae designat. — Decretum autem illud Christo subiiciendi omnes inimicos eius, Pater ei communicavit in die Ascensionis eius in coelum testante Petro: „Ὁὐ γὰρ Δαυεὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, λέγει δὲ αὐτός· Εἶπεν Κύριος τῷ Κυρίῳ μου Κάθου ἐκ Δεξιῶν μου ἕως ἄν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.“ Act. 2, 34—35. — Sessio autem ad dexteram hic non tantum est participatio honoris, sicut Bethsabee particeps facta est honoris regis Salomonis sedens ad dexteram eius III Reg. 2, 19., sed iuris et dominii, testante Paulo de Christo: „Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεῦσιν ἄχρῃ οὐ θῆ πάντας τοὺς ἐχθρούς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.“ I. Cor. 15, 25. Quod confirmatur Ps. 2, 8. 9., ubi etiam de Homine-Deo glorificato sermo est, et multis aliis scripturae locis. —  $\text{עַד}$  sicut Os. 10, 12 pro  $\text{עַד-עַבְרִי}$  vel  $\text{עַד-עֲבָרָה}$  tempus ultra terminum non excludit, sed potius includit, ut patet e dicto de homine iusto ps. 112, 8., eum non commoveri donec despiciere possit inimicos suos, quod certe postea adhuc minus eveniet, sed ita ut cum termino illo mutatio quaedam fiat. Quanam mutatio autem de Christi dominatione fiet post universale iudicium, Paulus his verbis dicit: „Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ (Christo) τὰ πάντα, τότε (καὶ) αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ἦ ὁ θεὸς πάντα ἐν πάσιν.“ I. Cor. 15, 28. Si quis plura de hac re discere cupit, consulat Apoc. 21, 11. 23. 22, 1. 3., una cum explicatione versuum istorum in opere nostro super Apocalypsin, et librum 3. in opere de Amore Dei s. Fr. Salesii.

Exhibita causa finali sacri belli, sacer poëta pergit loqui de causa initiali eiusdem belli, quae fuit initium praedicationis evangelicae, in

Versu 2<sup>o</sup>. Fundatio Ecclesiae describitur in Actibus Apostolorum cap. 2. Loquitur hic propheta verbis propriis, ut colligimus e phrasi: emittet Dominus. Sceptrum Messiae est doctrina eius, qua irresistibiliter subdet populos (Dan. 2, 44—45. 7, 13—14. 27,<sup>1)</sup> quod propterea sceptrum Deus Pater e Sion usque ad terminos terrae extendere dicitur. Sequitur futurum prophetiae Imperativus exhortans Messiam, ut medios inter hostes

<sup>1)</sup> Consulatur opus nostrum: Daniel explicatus. Paderbornae 1895.

(בְּקִרְבִּי) introiens eos sibi subdat et subditos sibi teneat, quo illud pro certo futurum esse praedicatur. Dicto sensu קִרְבִּי iam occurrit Ps. 72 (71), 8 et Num. 24, 19., ubi Messias ipse v. 17 שִׁבְטֵי סַאֲוִיִּן nuncupatur.

Certe nemo negare potest, hunc versum adimpletum esse et adhuc quotidie adimpleri, cum Christus per sacerdotes suos sibi subiugaverit et mundum Romanum et mundum gentium, et adhuc dominetur medios inter hostes (ps. 2). Quod maximam fiduciam inspirare debet Ecclesiae et singulis fidelibus victoriae finalis. Longum esset hic narrare historiam praedicationis evangelicae in singulis terris mundi et transcribere librum Lactantii et eius continuatorum de morte persecutorum. Sufficiat attentum facere lectorem ad praeclarum opusculum, cui titulus est: *Crede ou Refuge du chrétien dans les temps actuels*, auctore Gaume. Magnifice etiam de hac re loquitur Tertullianus advers. Iudaeos cap. 7. Apud Migne S. l. 2, 648—651.

Sic indicatis causis sacri belli, accedit Vates ad describendum exercitum sacri belli in secunda stropha, et quidem 1<sup>o</sup> eiusdem milites in v. 3<sup>o</sup>, 2<sup>o</sup> eiusdem ducem in v. 4<sup>o</sup>. —

V. 3. De militibus sacri belli quatuor praedicantur: 1<sup>o</sup> eos fore spontaneos, 2<sup>o</sup> in vestibus sanctis, 3<sup>o</sup> iuvenes, 4<sup>o</sup> similes rori coelesti.

1<sup>o</sup> Toto ergo tempore ab Ascensione Domini usque ad finale iudicium milites sacri belli se spontanee sistent (מִתְגַּבְּרִים Jud. 5, 2. 9), sicut canit Debbora, ita ut sint velut hostiae vel victimae quae se Deo offerendas sisterent.

Quamvis hoc primo loco de sacerdotibus Christi dictum sit, ut patet e v. 4<sup>o</sup>, tamen etiam omni populo christiano applicari potest: a) quia totus populus Dei iam Exod. 7, 4. 12, 17. 41 et postea in scriptura non raro exercitus vocatur. — b) quia populus Dei ob dignitatem et sanctitatem ad quam vocatus est, expresse dominatio sacerdotum, regale sacerdotium vel similiter nuncupatur Exod. 19, 6. Dan. 7, 27. I. Petr. 2, 9. Apoc. 1, 6 etc.<sup>1)</sup>

Ad hoc facit: 1. quod de Israëliitarum bellis, quae secundum voluntatem Dei gerebantur, dicebatur, preeparari se ad bellum, incedere in bello coram Domino לִפְנֵי יְהוָה Num. 32, 20. 21. —

2. quod arca Dei in ille bella ducebatur; confer ut contrarium Num. 14, 44. — 3. quod Summus Sacerdos ipse, saltem inter-

---

<sup>1)</sup> De עַמִּי נְדִיב Cantic. 6, 12 (11) videsis Opus nostrum: *Das Hohe Lied* (Kempten 1889) p. 245 et 251—253.

dum, cum sacris tubis (Num. 10, 9) ad illa proficiscebatur Num. 31, 6.

2<sup>o</sup> Verbis בְּתַבְרֵי-קֶשֶׁת sacra indoles militum sacri belli denotatur. Vestimenta enim non raro in scriptura ponuntur ad designandam indolem, uti ex. g. Cantic. 4, 11. Apoc. 3, 4. 6, 11. 7, 9 etc.

3<sup>o</sup> יְלֻדֵי hic non accipiendum est pro aetate iuvenili, sed pro iuventute, iuventa, sensu virorum fortium, ut vertunt Symmachus et Quinta. Quem sensum iuventus habet Judith 7, 2 et 15, 6., quique sensus obvius est. — Quae iuventus 4<sup>o</sup> comparatur cum rore de coelo cadente. Quae comparatio tribus ex causis optime convenit: 1<sup>o</sup> quia sicut ros matutinum totam refrigerat naturam, ita novi milites Christi novum animum addunt toti Ecclesiae. Quantum ex. g. ordines religiosi exordiis suis laetificaverunt Ecclesiam! — 2<sup>o</sup> quia interdum tam numerosi sunt ac guttae roris matutini II. Sam. 17, 12 (cfr. Num. 23, 10). Quot ex. g. conversi sunt exemplo Constantini M., Clodovaei, s. Stephani Hungarici! — 3<sup>o</sup> quia interdum tam inopinate emergunt in Ecclesia, ac nobis abscondita est formatio roris matutini Mich. 5. 6. Cfr. Isai. 26, 19. Ps. 141 (140), 7. 136 (135), 7. Quam inopinata fuit ex. g. vocatio Moysis, unctio Davidis, conversio Sauli. Quam admirabile mysterium incarnationis Dominicae! —

Placet huc apponere Secretam Missae de Spinea Corona Domini Nostri Jesu Christi, utpote cum materia quam tractamus convenientissimam: „Tuorum militum Rex omnipotens virtutem roboras, ut quos in huius mortalitatis stadio unigeniti Filii tui Corona laetificas, consummato cursu certaminis, immortalitatis bravium apprehendant. Per eundem Dominum.“

Sic descriptis militibus, festinat vates exhibere ducem sacri belli in

Versu 4<sup>o</sup>. Caput sacri exercitus est Christus ipse summus Sacerdos. De eius sacerdotio dicitur hic:

1<sup>o</sup> illud ei datum esse a Deo sub iureiurando,

2<sup>o</sup> illud ei nunquam ablatum iri,

3<sup>o</sup> illud esse aeternum,

4<sup>o</sup> illud esse secundum ordinem Melchisedech.

Primo ergo dicitur, sacerdotium datum esse Christo a Deo sub iureiurando, quo non tantum firma voluntas dantis, sed etiam magnitudo et excellentia dati designatur. Deus ipsa veritas iurat: „Ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχεν μείζονος ὁμόσαι, ὤμοσεν καθ' ἑαυτοῦ.“ Hebr. 6, 13. Βουλόμενος ὁ θεὸς ἐπιδειξάι . . . τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ ἐμεσίτευσεν ἕρκω.“ Ibid. v. 17. „Οἱ μὲν γὰρ — Sacerdotes scil. veteris legis — χωρὶς ἕρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες, ὁ δὲ — Christus scil. — μετὰ ἕρκωμοσίας διὰ τοῦ λέγοντος

πρὸς αὐτόν Ὡμοσεν Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. Ibid. 7, 21. Habemus hic authenticam explicationem verborum psalmi, et solemmissimum modum, quo Pater Coelestis Christum instituit sacerdotem. Quod si fieri potest adhuc roboratur

Secundo תָּפַח יְהוָה יְרֵי, quo ἀμετάθετον, immutabilitas, consilii Patris coelestis exprimitur. Certo tam solemne decretum irritari non potest, est enim solemnius quam verbum illud יְרֵי quo coelum et terram creavit, quae adhuc perseverant obediētes verbo eius, quae potius transire possent, quam ullum verbum ex ore eius Matth. 5, 18. 24, 35. „Quomodo descendit imber de coelo etc., sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum sed faciet quaecumque volui, et prosperabitur in his ad quae misi illud.“ Isai. 55, 10—11. Deus autem constituit Christum

Tertio Sacerdotem in aeternum לְעוֹלָם, id est, usquedum oriatur dies beatæ aeternitatis. „Cum (enim) venerit quod perfectum est, cessabit usus Sacramentorum: quia Beati in gloria coelesti non egent medicamine sacramentali. Gaudent enim sine fine in praesentia Dei, facie ad faciem gloriam eius speculantes, et de claritate in claritatem abyssi Deitatis transformati, gustant Verbum Dei carnem factum, sicut fuit ab initio et manet in aeternum.“ De Imitatione Chr. l. 4. c. 11. n. 2.

Deus constituit

Quarto Christum sacerdotem secundum ordinem Melchisedech על־דְּבָרָתִי מַלְכִי־צֶדֶק, ob similitudinem scil. sacerum sacrificii eucharistici cum sacrificio quod obtulit Melchisedech Gen. 14, 18—20. De qua re optime Concilium Tridentinum (Sess. 22. c. 1.). „Quoniam, inquit, sub priori testamento, teste apostolo Paulo (Hebr. c. 7.), propter levitici sacerdotii imbecillitatem, consummatio non erat, oportuit, Deo, patre misericordiarum, ita ordinante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Jesum Christum; qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, et ad perfectum adducere. Is igitur Deus et Dominus noster, etsi (Hebr. c. 7. 9 et 10) semel se ipsum in ara crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum non erat, in coena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectae sponsae suae ecclesiae visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud, semel in cruce, peragendum, repraesentaretur; eiusque memoria (I. Cor. c. 11) in finem usque saeculi permaneret, atque illius salutaris virtus in

remissionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, apostolis, quos tunc novi testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, et eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit per haec verba: Hoc facite in meam commemorationem, uti semper catholica ecclesia intellexit et docuit.“

Causis et exercitu sacri belli expansis, Vates pergit loqui in tertia strophæ de eiusdem victoriis, et quidem in tetrasticho (in versu 5 et 6<sup>a</sup> contento) de Dei victoriis decursu belli sacri in tristicho (v. 6<sup>b</sup> et 7 contento) de victoria Dei finali post caesos omnes hostes.

V. 5. Nomine אֲדֹנָי hic venit Pater coelestis, 1<sup>o</sup> quia oratio ad Messiam in versu praecedente inchoata hic continuatur, 2<sup>o</sup> quia iam v. 10 subiectio inimicorum Deo attribuitur. — Designatio autem Patris per אֲדֹנָי sicut v. 1. Filii Dei per אָדֹן monstrat aequalitatem potentiae divinarum personarum. — Non adest autem contradictio, cum hic Deus ad dexteram Filii, supra Filium ad dexteram Dei esse dicatur, nam hoc symbolo illic aequalitas inter Patrem et Filium, hic assistentia Patris in bello Filii contra hostes praedicatur, sicuti ex. g. Filius etiam ps. 16 (15), 8 dicit: „Dominus a dextris est mihi, ne commovear“, et prout adiutor a dextris esse dicitur etiam ps. 121 (120), 5 et 109 (108), 31 et diabolus a dextris peccatoris ibid. v. 6. Quocum consentiens Apollinarius Laodicensis († 381): „Dexteræ, inquit, o Intacte, habebis prope defensorem, qui in ira reges terrenos domet.“<sup>1)</sup> Et Didymus Alexandrinus († 398): „Cum prius, inquit, Pater dixisset: Sede a dextris meis, dicitur nunc Filio: Dominus a dextris tuis, ut appareat Filium non ratione loci a dextris esse Patris: alioquin simul foret Pater a dextris Filii, et ipse Filius a dextris Patris, quod absurdum, nisi haec spiritualiter intelligantur. Quemadmodum igitur Pater in Filio et Filius in Patre, ita Filius dextera Patris et Pater a dextris Filii.“<sup>2)</sup> De cooperatione Filii cum Patre videas Joh. 5, 17. — מִרְאָהּ est perfectum propheticum. — De יוֹם-אָפֶן consulas Ps. 2, 5. 12. Fuit dies irae, quando Deus destruxit Jerusalem, imperium Ro-

<sup>1)</sup> Migne S. gr. 33, 1483.

<sup>2)</sup> Migne S. gr. 39, 1539—1542.

manum tum occidentale tum orientale. Ultima dies irae erit illa de qua canit *Sequentia*:

Dies irae, dies illa  
Solvat seculum in favilla,  
Teste David cum Sibylla.

Usque ad illam multi erunt dies irae, quos caveamus ne peccatis nostris multiplicemus vel provochemus.

V. 6. יִרְיָ est imperfectum descriptivum, ut ps. 7, 9, 9, 9.

96 (95). 10. De iudicio hostium regni Dei agit Apocalypsis a visione secunda ad visionem sextam (4, 1—21, 15). — Quae immediate sequuntur praedicant magnas hostium clades, de quibus consulantur Isai. 66, 24. Apoc. 19, 17, 18, 21.

Quae adhuc supersunt verba huius versus ad tristichon huius strophae pertinere censemus et enuntiare finem omnium bellorum Dei, ut scilicet Deus subiiciat caput regni mundi. Quae verba quamvis non necesse sit ea ad ultimum hostem regni Dei restringere, tamen certo edicunt, etiam maximum et ultimum hostem regni Dei victum iri. Accipimus ergo terram Rabbah pro symbolo regni mundi prout apparet in ps. 21 (20), quocum conferri potest II. Sam. 12, 26—31. Etiam hic יִרְיָ est perfectum propheticum, pro quo Vulgata habet conquassabit respondens rerum veritati.

V. 7. Sed quamvis Deus subiiciat caput regni mundi, tamen ei usque ad victoriam finalem magnam concedit libertatem. Quod propterea quibuscumque rebus sibi occurrentibus fretum (de torrente in via bibit, prout fecerunt ii qui cum Gedeon in bellum profecturi erant. Judic. 7, 4—6), se eriget contra regnum Dei. Certe phrasis: de torrente bibere, nihil aliud potest significare quam: se recreare, se refocillare. Quum autem hoc de Deo dici non possit, subiectum ad eam esse debet caput regni mundi, sicut diximus. Torrens in via autem designat quodcumque auxilium primum occurrens, inventum, quem sensum via habet etiam Matth. 22, 9, 10. Cfr. Luc. 14, 21, 23. Sap. 2, 16. Quo et abiectio exprimitur, ut patet praecipue e Thren. 4, 5: „Qui edebant de deliciis, lugubres sedent in viis vel plateis, qui portabantur in coccino amplexantur stercora.“ Quodcumque ergo auxilium, quamvis vile et abiectum, caput regni mundi invenit, arripit, ut se erigere possit contra regnum Dei. Elevatio capitis ut signum boni animi iam occurrit Gen. 4, 6.

Habemus ergo hic finem psalmi, quamvis non finem ideae psalmi, eodem fere modo ac finis Cantici Canticorum et finis libri Ezechielis c. 40—48 non est finis neque historiae generis humani neque populi Israëlitici. Quod descriptionem attinet, finis psalmi

comparari potest cum fine Cantici Moysis Deut. 32, 43 et fine libri Isaiae. Quo fine psalmi vigiles esse admonemur, quia nescimus, quando hostis, insurget in nos, itemque nescimus, quando veniet Filius hominis. Vigilate ergo, quia nescitis neque diem neque horam.

## Eine bemerkenswerte Abtwahl in Neresheim (Württemberg)

zugleich ein Beitrag zur Geschichte der Exemption der niederschwäbischen Congregation sub titulo „S. spiritus“.

Mittheilung von M. i. G. (W.)

Im Stadtarchiv zu Augsburg liegen gegen 130 Fascikel Neresheimiana aus dem Nachlass des P. Nack v. Neresheim, weiland Domcapitular in Augsburg. Ein Fascikel betitelt sich: Edmundus a II. fundatione abbas XXXXII. (1729—39). Wir wollen dessen Inhalt in Kürze mittheilen. Die Abhandlung ist lateinisch geschrieben, enthält biographische Notizen über Edmund (Heisser v. Kleinerthingen, geb. 24. Febr. 1689, im Kloster Musikdirector und später Prior), eine kurze Geschichte der Gründung der niederschwäbischen Congregation und bemerkenswerte Mittheilungen über den Streit der Congregation mit dem bischöflichen Ordinariat Augsburg, wegen des erhaltenen Exemptionsbrevés.

Abt Edmund wurde nach Resignation Amands, 21. April 1729, mit 10 von 18 Stimmen zum Abt erwählt. Der Generalpräses der Congregation bestätigte den Erwählten, übergab ihm den Ring und wies ihn in die Temporalien ein. Der Benedictionsact wurde erst 16. Oct. vorgenommen: Bischof Alexander Sigismund erklärte die Wahl für nichtig, „also wollen wir anmit nicht nur allein die von unserm eigens abgeschickten Geistlichen Rath in unserm Namen wider diese Election allbereits interponirte Protestation kräftigst wiederholen, sondern auch den ganzen Akt für null und nichtig deklarirt haben.“ (28. Ap. 1829.)

Ex utraque parte acrite pugnabatur. „Zum bessern Verständnis wollen wir das ganze Exemptionsgeschäft folgen lassen.“

Die Congregation entstand 1685 unter Bischof Johann Christophorus von Augsburg:

qui Romano abbati apud S. Udalricum Augustae V. motu proprio significavit, ut in posterum ipsimet abbates in congregationem non exemtam uniti exclusis etiam episcopalibus monasteria sua visitent.

„Er war recht schlau und ging es so an, weil er fürchtete, es möchte gehen, wie bei der bayerschen Congregation, welche von Innocenz XI. 1684 das Privileg der Exemption erhalten. So